



1:2
2:2
3:2
4:2
5:2
6:2
7:2
8:2
9:2
10:2
11:2
12:2

N. Lat. 203

N. Lat. 203 (over)

F. Joann. Herwegh Coloniae
No. 1114:


N. Lat. 203 (Ink.)

^{23e}

Joannis beydborchii in loco quarto anno dmi 1700

Baptiste Bantuani vatis
eminētissimi opus insigne de
mundi calamitatibus. earumq; cum causis . cum re-
mediis.
Aliud eiusdē contra poetas ipudice loquētes opuscu-
lum perelegans.

*bapt. p. v. d. v. p. d. ne plus sicut scribitur
pub. de. v. d.
v. d. v. d. v. d. v. d. v. d. v. d. v. d. v. d. v. d. v. d.*



Sic v. d. v. d.

Ad Petrum Bononium. T. Vlsenius;

Ulam similis magno frater Baptiste Marone est

Una eadem amboꝝ patria plectra docent

Siue hic bucolica pastoris pinxit auena

Herois elegos inseruit ve sonos;

Siue sub horrendis describat Marte furores

Seu referat fidei sensa profunda pie

Cuncta maroneꝝ seruant vestigia muse

Si titulum demas illius esse putem

Tu modo qui prestas phrisio mi petre Delampo

Judicio an fallar doctior ede meo;

Ad T. Vlsenium Petrus Bononius.

Antea virgilio Baptiste Mantua vati

Est patria atq; ambos carmina docta beant

Siue elegos seu forte canant arma horrida Martis

Cedere Callimachum Neonidꝝq; vides

Sunt similes fateor multum fidibusq; canoris

Una eadem amboꝝ plectra tonare puto

Hoc tamen vlseni prior est Baptista Marone

Quod grauiora suis versibus vsq; canit;

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

C Fractis Baptiste Mantuani Carmelite Theolo-
gi ad Reuerendissimum in christo Patrem ac domi-
num .D. Oliuerium Carafam Sabineñ Episco-
pum et cardinalem Neapolitanum .De suorum tem-
porum calamitatibus. Liber primus scilicet incipit.

Ogimur istius mala tempestatis. et alto
c **E**gressas crebro furias. turpiq; fugatam
Virtutem exilio ⁊ varias percurrere clades
Ob scelera imissas terris:artemq; docere
Que premat ceteri flagrantem principis iram.
Summe deū dicim⁹ regnum cui terminat orbis
Cui rerum natura subest:cui militat ardens
Astroñ coeliq; iubar:qui solus habenas
Fortunę fatiq; tenes:sua victus Apollo
Postibus arma tuis offert plectrumq; lyramq;
Quicquid habet delos:quicqd cadmeia Dirce
Quicqd inest delphis tibi dat.cynthūq; Rhodūq;
Omnis adoratq; seruit tibi gloria Daphnes:
Est tuus Eurotas:Helicō tuus:ardua Cirrhe
Saxa tenes.tua nūc hederts thymbraq; virēti
Onātur delubra:tui per pingula pascūt
Phocidis arua greges: ⁊ dulcia flumina potant
Dij veteres fugere:nonis altaria lucent
Ignibus: ⁊ nobis tua numina sola supersunt.
Et quoniā pulso solus potes oia phœbo:
Huc ades: ⁊ fragilem duc ad tua littoza cymbam
Ostq; sollicitę stimulos ⁊ plurima vitę
Loedia perpassi iuuenile peregrinus cūñ:

Ocia: et antiqui finem sperare laboris
Fas erat: et felle post longa pericula puppi
Victoris et mitem portus optare recessum;
Sed pater utilibus qui temperat oia curis
Robur et assidua vires firmare palestra
Cogitat. et nobis quibus etheris annuit arcem
Desidiam somnūq; negat: ne scilicet annis
Dulcibus et segni mens enervata quiete
Langueat: et torpor lentos effeminet artus.
Torpor em coeco vapor est e gurgite surgens
Somniferę lætix: nubem qui interit opacam
Sensibus humanis fideiq; obliuia sanctę:
Securas igitur ne vincat inertia mentes
Tempora cōtinuis foecūda laboribus adsunt.
Ecce repentino surgunt hœrentia motu
Prælia. terribilem quatens Mars ferreus hastā
Armato rigidum lateri circūligat ensem
Stat sonipes picto lumbos et pectora tergo
Cinctus. et etate frontis splendore superbus
Accincti gladijs pedites: quibus creta fronti
Tegmina præterentis vibrant ymbonib⁹ hastas:
Coritosq; ligant humeris: villosa sagittas
Tergora: et bisutas rostrant hastilia vulpes.
Percq; foros cursant nautę: stipantq; liburnas
Arma rates: clypeis circūpendētib⁹ altum
Tollit proza caput: rostratas ardua puppes
Pone trahit classis: suspensaq; carbasa ventis
Crispat: et accensi pugiles molimine magno
In ter etes malos silices et ferrea sursum
Tela vehunt: resonant funes: aiōsa luuentus

Aeratasq; subdes: et curuꝛ cuspidis vncos.
Aptat: et ardenti comes it bellona graduo:
Sicut in actiaco grandi sub leucade ponto
Littus ad ambracię. forti cum milite cesar
Chaonio phariam discicit in equore classem.
Seu quãdo ionijs vulcania fluctibus aetna
Europę libyęq; duces concurrere vidit
Salicet ausonijs alacer cum Regulus ibat
Manibus excelsi sulcans vada lata pachyni:
Et patrijs contra bellans pro legibus Hanno
Sara relinquebat fati lilybęa sinistris.
Bellandi cupidę coeunt in p̄elia gentes
Depositisq; vacāt inculta ligo nibus arua
Undiq; surgētem spargit vaga fama tumultū.
Arma procul collisa sonāt: clangore minaci
Martia furentes accendūt classica pugnas.
Quod si florentes istis in syrtibus annos
Aegimus ⁊ tanto iuvenes sudauimus c̄stu
Quid nō triste putas feret erumnosa senectus?
Ipsa tremens artus: teretq; innixa bacillo.
Hispida. macra: breuis: canis rugosa capillis:
Caligans oculis: curuato in pectora tergo
Jam p̄perat: sequitur celeri mors pallida gressu
Iheu frustra faciles cursus auramq; secūdā
Frustra expectam⁹: nos implacata charybdis
Proijcit in scyllam: scyllę de vortice rauco
Nos rapiūt syrtes: iter ūq; rotamur in hōsdem:
Aequoris insultus: scopuli: vada: ventus ⁊ vnde
Semper ⁊ aduersis in funera currimus astris
Et nihil est aliud cultis Adamus in hortis

Quam primum sine fraude dies. cum libera multi
Pectora moerore agitant: sincera voluptas
Impolluta quies animi cum dulcibus annis
Primeque fugiunt vitæ: mox asper acutas
Gignit ager sentes: et noxia semina profert.
Nāq; ubi læta nouę cessit lanuginis etas
Sollicitę subeunt curę: trepidiq; pauores:
Et labor insomnis. dubijq; p omnia casus.
Bella cient itale gentes: nec barbarus hostis
Queritur. insultas nostris qui sinibus instat.
Inter se certare parat: et foedere rupto
Conuertere rigens in mutua vulnere ferrum.
Quosq; peregrini dños concordia mundi
Fecit in ambiguam regno de paupere litem
Compulit infausę genitrix discordia pugne
Hęc vrbes eadem vesania coepit Achæas
Quom caput Emathij proles aiola tyranni
Extulit. aduersus celebres lacedæmon Athenas
In lacedæmontos ibat thæsea propago:
Totaq; subuersis titubabat gręcia rebus.
Dumq; fauent regni cupidō: dum foedera iungunt
Cum duce foedifrago: dum sese copulat hosti
Alter in alterius damnū. cōmune coegit
Ferre oēs fortuna iugū: et parere tyranno
Nec genus Ausoniū (tanta caligat hęc inne)
Italique similem videt impedere ruinam.
Luce caret. nescitq; diem: secūq; tenebras
Crimen agit: noctemq; animis inducit z vmbra:
Propterea amisso sceleratę lumine mentes
Elemturam nō ante putāt quam venerit iram.

Quod si cōiunctis in p̄clia viribus irent
 Hesperic̄ gentes non obluctātibus astris
 Non prohibēte deo s̄ opem viresq̄ ferente:
 In vetus imperiū possessaq̄ regna redirēt
 Seruirētq̄ iterum tusco lata equora tybri:
 Sperchiusq̄ pat̄o: nostris Erymāth̄us ⁊ othrys
 Collib⁹: et latium trepidaret barbarus ensem.
 Pr̄da nec essemus totic̄s: nec thracius hostis
 Per phryges ⁊ colchos capt̄q̄q̄ p̄belladis oras
 Duceret in celebres insignia nostra triūphos
 Ciuiles rixas ⁊ bella domestica nostri
 Non reges tantū atq̄ duces. s̄ milite mixto
 Dum picena fugax populatur littoza turcus
 Arma sacerdotes diuoz altaria circum
 Ferre p̄ces soliti tollūt: paci q̄ repugnant:
 Qua sonat angustū scyllē latratib⁹ equoz
 Quaq̄ syracusio circūdatur insula ponto
 Insula ciclopū libyē porrecta sub axem
 Feruet Martis opus calabros ⁊ tapygis vites
 In pugnā bellona vocat. rapiēs q̄q̄ super bā
 Aegida gorganeos pectus circūligat angues
 Et qua nubifleri medio plimite montes
 Stant itali Galli q̄ soli. nou⁹ arma tumultus
 Cogit ⁊ indomito fulgentes aere cateruas.
 Causa mali caput etruscē Florentia gentis
 Ausoniq̄q̄ decus. summi violare ministros
 Ausa patris demens. sacriūq̄ haurire cruozem.
 Ipsa quoq̄ indomiti genitrix Ferraria belli
 Pr̄teritas auxit clades dum ferre recusat
 Imperium. venetoq̄ negat parere leoni.

Adde quod aspectu coeli viciata maligno
Arua negant victum. pingues lactata per agros
Semina vel pereunt vel inanes culmus aristas
Erigit: et tristi messor ligat ordea fronte.
Si foecunda ceres aut lecti viribus agri
Aut hominum studijs vsquam fuit: inuida grando
Pulsa per acres magno cum murmure tractus
Impellente noto strauit: longosq; labores
Perdidit: et niuibus cererem glacialibus hausit:
Et padus ingentes voluenses alpibus vndas
Insubrum venetumq; domos penetrauit: et omnis
Aggeribus fractis agri vastauit honores:
Nec ripis tantum: sed et ipsis altior ibat
Arboribus: salicum p summa cacumina nautis
Cursus erat. fugit prothxi pecus omne p agros:
Atq; montanę perierunt equora nymphę:
Sicut cum bellis olim ciuilibus vrbes
Arserunt Italę: cum Cęlaris arma superbi
Inuasere lares patrios gentemq; latinam:
Dira canam et nostris fortasse nepotibus olim
Non factura fidem: Benaci sparsa per agros
Tanta locustarum nubes. vt pinguia passim
Pascula et extortas segetes nemorumq; decorem
Temporis exiguo tractu consumpserit omnem:
Nec poterat sumptis hominum solertia telis
Fatales arcere feras: Caua tympana latos
Implebant strepitu campos: nec territa tanto
Dira lues sonitu. herbarum radicibus inis
Dorsibus hecibat: vicina per oppida postq;
Rumor ijt Capere arma viri. concurrere turbe

Ad cōmune malum: tanq̄ nouus itala cimber
Regna premar. Tandem multo vir tanta labore
Illuues longis vir est consumpta diebus.
Dura fames igitur tristes populata colonos
Senit: et exhaustis languescūt corpora venis:
Vulgus inops macie affectum squalensq; per vrbes
Pescit opem frustra, ⁊ sensim vitalia membra
Vlta cadunt: siccasq; premunt ieiunia fauces,
Nec patres natis nec nati patribus adsunt:
Tanta per humanum genus inclementia regnat.
Non libycę segetes non pinguibus appula campis
Hordea non phrygijs, succurrūt gargara sulcis:
Sed minus hinc damni: minor hęc crumna: dolorq;
Ditior: infelixq; minus fortuna sequetur
Hic pauç sat erunt lachrymę: crudelior alter
Cōmunem ingenti pariturus strage ruīnam
Hostis adest, nostręq; rati grauis ingruit imber
Qua Rodani voluūtur aque: qua frigida rheni
Leuonicas fert vnda rates qua perluit agros
Insubres venetosq; padus, qua diues ab alto
Vertice subiectos speculatur Brixia campos
Occultum pluit ex alta deus arce venenum:
Et qua tirestę pulcherrima filia nymphas
Colligit humentis gremio lateq; recedens
Littus harundinibus cingit viridiq; papyro:
Quaq; patens longe fluctu sonat adria vasto
Ultrices mors atra manus exercet, et altis
Latemadens spar sam cędem componit aceruis.
Qua fluit etrusco surgens vetus albula fonte
Romanasq; inuisit opes et regna quirini.

Qua gelidis sonat armis aquis. qua magna potēsq;
Imperat aemilio vicina Bononia rhenō.
Imbelles acresq; viros seniū atq; iuuetam
Pallida mortifero pestis grassata veneno
Sternit humi. fundāq; rotās e turrib' altis
Ardētes papulas iaculatur. ⁊ vlcera diris
Cladib'. et penetrat flāmantib' inguina telis.
Huic tumidū guttur virus leuat: ille sub alis
Fata gerit: qua lōga humer' se in brachia curuat.
Alteri' patulas aures arsurā parotis
Suscitat occultum lōgis sub crimib' ignem:
Attonitūq; caput feriens vitalia membra
Occupat: atq; vias mors vna perambulat oēs:
Extollitq; caput qua cursum fatifer humor
Sistit: et horiferū sensim durefcit in orbem.
Id crudele gen' necis hoc imane ferorq;
Supplicii. hęc stygio rabies egressa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regū
Sequit ⁊ occultis miseros ferit ictib' artus;
Ut qñ incauti vicio pastoris ouile
Incustoditū nox intempesta recepit.
Silup' hēsternę patiens ieiunia lucis
Solicitusq; fame fuerit plimen apertum
Ad solas ingressus oues non mitigat vnum
Ingluuiem funus: s; multa cęde madescit
In totū sequitq; gregem: sic acre venenum
In fontes fontesq; modo p'sternit eodem.
Iāq; cadauerib' desunt loca iuncta sacratis
Aleoibus: effossa passim tellure p'ofanis
Condūtur tumulis. inhonoratilsq; feruntur

Funeribus: dictu horrēdum: visūq; tremendū
P̄da feris inhumata iacent: ⁊ tate fluenti
Circumstās tetro locus incestatur odoze.
Qua triplici cōclusa pato Ferraria longis
Cladib⁹ atteritur. dominoꝝ corpa passim
Pascūtur p̄ rura canes: aquileq; rapaces
Effodiūt duris hōim caua lumina rostris:
Intestina ferūt volucres: ⁊ in arbore summa
Extra patrū suspēsa diu videre nepotes:
Nembra pater vir egra trahens dum frigida condit
Corpora natoꝝ clauso nondū ore sepulchri
Zabitur ipse sup̄ sua pignora: Crebra suoꝝ
Sola domo vacua mater dum funera ploꝝat
Cum lachrymis aiām tenues exhalat in auras;
Dulci añ occasum vitę vicina scientes
Fata sibi: condicq; suas tellure volentes
Reliquias fodere solū glebisq; subactis
Sacrato viui se cōposuere sepulchro
Rura silent: vacuq; suis cultorib⁹ vrbes
Iura fori clamosa tacent: per cōpita surgit
Gramen: et extinctis nō lucent ignib⁹ arę
Nec solitos cant⁹ nec odores templa laboꝝos
Accipiūt. squalentq; dom⁹: muta oīa; moerēt:
Qui superāt cladi: supez quib⁹ ira pepcit
Cogūtur miseri sua dulcia lumina ciues
Zinquere: et in medijs tentoria figere campis.
Sicut p̄ libycoꝝ solet armentarius agros
Ferrelarem. secūq; suos vectare penates
Ehdi ego p̄ tacitos saltus: et inhospita lustra
Dole sub excelsa silicis curuoq; sub antro

Monticolas habitare viros: et gramine pasci;
O superiloca qui tuti secura tenentis
Si scelere offensi nostro tam dira mouctis
Picta: sat veteres tam multo funere culpas
Sat longo luinusq; metu: iam parcite: saltem
Reliquias generis semenq; relinquite nostri.
Non animi tñ gentis cecidere latine
Cum romana ferox circum capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulsans clamorib; arcem
Diceret. euerse frustra succurritis vbi
Romulidq; regni et vitę postrema dies hęc
Uel post kannensis lachrymas 7 funera pugne
Quãdõ quirinales aquilas fascesq; superbos
Ad tyrias iam se laturum crederet arces
Annibal insaltās victo inuenit et hosti.
Et mox ex alto bellorum culmine pulsus
Languit aduersis fatis 7 Marte sinistro.
Non tanto tremuere metu p̄cordia grauium
Fertis inaduentu. monuit cum delphica rupes
Non muro non arce dari sed naue salutem.
Man ita mosee quondam miracula virge
Horruit attonito memphis turrata colono.
Ipse quoq; in siluis 7 vallibus apoenini
Exilem ducens tecto sub paupere vitam
Delitui qua templa petit romanaviator
Et qua flaminios fugiens Claterna per agros
Ducit ab angustis vñdosum vallibus amnem
Arce sub Q. ciani. nostris vbi dicta camoenis
Lecta Refrigerius sublimi in colle tenebat;
Non fuit ausa magis nec clade nocentior ista

Romuleam pestis longo quæ funere plætem
Diripuit. quãdo veniens Epidaurius anguis
Jonos citra fluctus in regna quirini
Abstulit aerium virus: qui postea templa
Juncta ioui tenuit: bifidum qua diuidit amnem
Insula ianiculum dirimens a collibus vrbis

Comunes calamitatum cause

Seu superum sic ira velit seu noxius ardo:
Aethæris aërios infuso lumine tractus
Inficiat: seu sola ferant contagia morbum.
Seu dum longa fames hoim ieiuna coegit
Qua cibus velsi indignis: escaq; nocenti.
Impurus per membra fluens vitalia sanguis
Putruit. 7 dirum subiciens p̄cordia virus
Inferat occulto p̄peratam vulnere mortem:
Unde malū surgat nō est dignoscere promptū
Ipse tamen reor̄ has oīs concurrere causas:
Et coniuratas percusso foedere diuū
Astroz terræq; simul concurrere vires:
Sicq; hoim genus haud vna obsidione teneri:
Et nobis elementa necem superosq; minari.
Nec mirum qñ longe grauiora meremur
Supplicia: et longe asperiori verberare cedi.
Quippe vbi nec super pietas. vbi nulla tonātis
A scelere humanas prohibet reuerentia mentes
Et virtus vicio vrgenti dare terga coacta est:
Ira patris diuū fremit indignata: furensq;
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem: horrifere genus implacabile mortis
Et terras permittit agi p̄legetontis habentis

Plutonifq; premi imperio. de tristibus orci
 Sedib⁹ egressa aethérias noua mōstra sub auras
 Inuadūt hoīm coetus. 7 inertia flatu
 Pectora letifero feriūt: it frigida rabes
 Ad viuū penetrās aīos: perq; intima corda
 Ambibitū virus postq; concluderit oīs
 Ad hūcē aditus: hoīes impellit 7 viget
 Quo stygicē iussere canes quo ditis auari
 Spirit⁹ inclināt: prūni quo criminis auctor
 Monstrat iter latū: placidaq; tyānide regnat;
Hic iuuat imanes erebi monstrare figuras
 Tartarūq; genus sub apertū ducere coeli
 Lumen: 7 oculci referare latentia mūdi
 Monstra: venenoso paut que lacte megēra
 Cerbereiq; canis spumis 7 sanguine lerne
 De pcor assuetum mites errare p vmbrias
 Gynei nemoris vestrisq; sonantia rura
 Cantib⁹ 7 gressus modo p fera mōstra ferētem
 Intactū seruate deq; furiale pagmen
 Este pio vari comites. moresq; docete
 Infandos stygicē gentis coelūq; perolē.
 Jam mugire solū coepit: iam nubib⁹ aer
 Pallēt 7 infernis surgūt afflatib⁹ vmbre
 Nigrescitq; polus: mōstris exterrita lāpas
 Fere retro phoēta grad⁹: auditur ab antris
 Clamor. 7 omnigenū rabies cōfusa feraz;
Monstrum primum **S**uperbia
 e Volat horrisono rapidi pblegetōtis ab amne
 Ingenti alarum stridēte supbia ductu
 Sicillam dixeret sup quia cētera sese

Tollit: 7 extento socias supereminet ore
Omnia cōuoluens: caeca de sede baratri
Crimina nigrātem post se trahit oīa pompam
Hui⁹ ab ardenti virosus anxilitus ore
Fumat: et obscuris oriens a faucib⁹ humor
Defluit: hippomanen aconyta canisq; virētem
Tenarij spumam superās. omnemq; veneni
Mortiferā rabiem: stygij sex ima pfundi
Se supez gen⁹ esse putat. veterūq; deoz
Semen et a magno se iactat Apolline natam.
Ardua frons: vnoq; oculo stellata rotundi
Circuitus: medioq; sedens in lumis orbe
Descēdit spacijs equalib⁹ vndiq; centrum
Hoc insigne patris phoebiq; ardētis imago
Difficili vultu graditur gestusq; maligno.
Innocuos mitelq; aīos irridet. et odit
Quem videt eternis illustrem laudib⁹: altum
Per strutis iter veri conscendere honoris
Culmen. et ad superos niti coeloq; p̄pinquū.
Et grauis 7 raro incessu vestigia pfert
Strimonie de more gruis que semina cāpis
Facta legens. equē tepido sub siderelib⁹
Si vicina ferat gressum p̄ rura viator
Tela ferēs arcūve manu caput ardua tollens
Clangit. 7 ingenti mouet internodia passu
Paulatimq; viam suspēso gutture carpit.
Et bellator equus dñi frenatus habenis
Ostentās pectus latū ceruice sub alta
Quū glomerat bibulo lentos in puluere gressus
Nunc hac nuncillac oculos 7 colla retorquēs

Spectari gaudet libycosq; equare leones
Viribus. albanos ve canes dum se putat auras
Colligit: et latis imitatur naribus curum
Non secus hęc rabies ventoso inflatio: vire
Quñ graditur vibrans alternis motibus armos
Ardua sublatq; circūfert lumina frontis
Ulanq; proceri miratur corporis vmbiam
Et tacitis ardens curis sublimia semper
Mente agitat: tumēdoq; sedet sub corde venenū
Contemptrix inopum: vultus elata seueros:
Inflatoq; rotans turgentia gutture verba
Ferre nequit iuga: maiorem indignata paremō
Imperia vsurpat: regniq; libidine feruet.
Immanisucta: ferox miseris aduersa: minaxq;
Ditibus: elatis contraria: nescia pacis:
Nescia amicitie: rixarum ⁊ litis origo:
Dura: ingrata: duplex aīo: violenta: rebellis:
Improba: quid pietas quid sit clementia nescit:
Perfida fedisfragam dubio sub pectore mentem
Uersat: ab excelso fugientia culmine semper
Saxa mouet: laudum semper vesana libido:
Sollicitum pectus curis flāmantibus vrget.
Nec vitę ratio nec opum nec honoris: in omne
Sponte scelus preceps ruit implacabile monstrum
Hęc hoīm suprema lucis: immane ferūq;
Tbreicio facinus potuit suadere tyranno
Asper vt horrenda cumulans presepia cęde
Semineces artus hoīm fumantiaq; exta
Intulerit stabulis: et equis epulanda viroz
Corpora quę infami hospicio laribusq; pphanis

Oculcus pacem simulans admiserat hostis
 O scelus dira inuisē spectacula fraudis
 2 uminib⁹ toruis quotiens capita alta leuabant
 Thracēs equi grandes humano sanguine pasci
 Et capita 2 teretes pendere extra ora lacertos
 Erurave confractis genibus crinis ve cruentos
 Ut dices sanie a mento per lata fluente
 Pectora: sub grauib⁹ contrita cadauera malis
 Fractaq; sub duris crepitabant dentibus ossa
 Strimonius memit Nestus: scit bistonis vnda:
 Traxit idumei genus hinc vecordia regis
 Quem magus ardentis coeli noua signa secutus
 Admonuit venisse deum Nisi ceca superbi
 Pectoris ambitio mentem fecisset opacam
 Illet ad infantis sancta incunabula christi
 Deposito fastu: sed mens inflata fauo:e
 Cesareꝝ gentis longoq; tyrannidis vsu
 Est ingens meditata nefas: nec pūisca parentū
 Secula par videre scelus: nec longa videbit
 Posteritas. prura furens galilæa satelles
 De tepidis matrum sinibus lactentia vultu
 Pignora: membratimq; secans: lata arua cruore
 Imbuic innocuo. matres vlulare per agros
 Audiuic montana Rachael: vicinaq; fonte
 Flumina de duplici ducentia nomen 2 vndas:
 Hinc est orta lues: quē thracia regna verusq;
 Græcorū imperium vertit: Bizantia regum
 Urbs opibus constructa: mari p̄tenta: duobus
 Aegeo eurinoq; fretis stipata sedebat
 Sceptra tenēs: puo qua gurgite bosphoros vnda

Colligit: hęc scythica irrupens O roman⁹ ab arcto
Insidijs captam ferro violauit z igni
Arx erat Europes: et inexpugnabile quondā
Romane fidei vallum Dacometia contra
Arma minas alię frenans libyęq; tumultum:
Hęc scelex dur atq; parens sublime nitentis
Imperij coeli summāq; ambire tonantis
Ausa potestatem quantū tentauit in altū
Surgeret enarios tātum descēdit ad amnes:
Cui⁹ ob ingētem tellus cōcussa ruina
Cessit: vt in latice Cautem simiferis: alcum
Pandit iter: molemq; sinu capit vnda capaci.
Sic pcussa grauis monstri se pōdere tellus
Dissecuit gremiūq; alto patefecit hiatu.
Sicut ad asteis cum vatem absorbuit agris
Campus: et armato pcussit tartara curru
Seu qñ inferni caua guttura Curtius antri
Claudit: et elysios tremescit pōdere campos:
Vt qñ electę primo sub iudice gentis
Terra Cozem sociosq; altū demersit in aluū.
Antra igitur grandi latez sinuata recessu
Inter se ripis summo coeuntibus ore
Dore pile quotiēs vento cōsurgit in orbem
In latos abeunt curuati formicis arcus
Ficq; ingens domus vmbraz p̄ceptęq; baratriū
Illuc sulfureos incendia nigra liquores
Lambūt: z dubiū quasi prima crepuscula lumen
Spargitur: et tristi caligāt tartara fumo.
Dic sunt lugētes mortis domus impia campi
Regnat vbi scelerū lachrymoso in carcere mater

Exercens poenis aīas claudiq; tenebris
Indignata fremit. clauso ceu nubula vento
Cum piceas frangūt clamosa tonitrua nubes
Hec est quam veteres dicūt phoetonta poetę
Aetherios docti cursus causasq; latentes
Ignibus æternis: sol est qui corda superbis
Incendit stimulis: tumidoq; in pectora fastus
Mittit: et impartēs figit sub corde venenum.
Propterea ex alto labētem cardine fingūt
Audacem aurigam fractisq; p aera loris
Solis equos caput Eridani inersisse sub vndas
Ad superos exit quotiens pater arduus alto
Annuit a solio: et latum imperiosa p orbem
Bacchatur: supraq; suas temeraria vires
Audet: et infausto amittit conamine vires:
Scilicet omne deo cōtra nitente superbum
Euancscit opus: sicut cum surgit in auras
Eructantis aque fluctus. mox vertice presso.
Decidit: et spumans alto demergitur amne
Atq; humiles inter sine noīe p̄terit vndas.
Hoc docet allophylus: solymę qui verbere fundę
Deposuit frontisq; minas animiq; tumorem:
Ibat em̄ solo auxilio thoracis ⁊ haste
Non ope diuoz non vlllo numine fultus
In pugnam: paruūq; minax dauida superbo
Ne quicq; terrere sono concitus in ensē
Dum surgit. misso p ferrea tempora saxo
Corruit: et toto diffusum ingere corpus
Dirati stupere hostes: turpiq; dedere
Terga fugę: paruoq; gigas cadit ictus ab hoste.

Sic quoq; delusus curru iouis emulus alto
Alcea cōuerti scandēs curuamina pontis
Flāmiferūq; rotās alphoea p oppida fulmen
Occidit: et casu Eleam pterruiit urbem:
Hęc docuit phlegyas gen^o execrabile coelum
Spernere: quos tethys vlticib^o abstulit vndis:
Hęc quoq; miliaco regi cum nescia roris
Terra diu solitas fruges victūq; negasset
Sanguine psuasit placari numina fuso.
In superos eadem natos armauit Alcei
Qui domitū grauib^o Martem tenuere cathenis:
Sit satis hęc libasse: alijs memorāda super sunt
Plurima maiori scelex de p̄ncipe cantu:
Audiui: gemuit tell^o. turbatur auerni
Janitor: ecce niger nebulę globus exit opacę:
Jam turres regūq; domos abscondit z vrbes:
Exhalatq; grauem nox importuna mephitim.
Ite procul mites aię: quę dulcia pacis
Ocia: quę superos: quę coeli queritis arcem:
Ne funestus odor: ne vos contagia lędāt
Eliperę prolis: clausis abscondite valuis
Atria: progenies nigri dum p̄terit orci:

Monstrū secundum Inuidia.

I Fuor edax tristi surgēs Alchērontis ab amne
Pallidus: et moesto demissus lumina vultu:
Obliquūq; tuens. rebus gaudere secundis
Nescius: aera virum claris signata triūphis
Dente terens: tar doq; mouens vestigia passu:
Durimure nūc tenui nunc fulmine vocis aperto
Percurrit infontes: bona vultu aliena maligno

Ingemit: aspiciens: et felle grauatus amaro
Labeſcit: quocūq; ierit teterrimus oris
Spiritus: agroz virides interficit herbas.
Cetera nōnullis parcūt: certisq; venena
Graminib⁹ magicaq; solent miteſcere lingua
Pontica magnanimū celebrāt medicamina regē
Quē fatis obſtare ferūt: his ille ſolebat
Virus ⁊ occultę inſidias cōtemnere mortis.
Tangere cęrulei ſquamas ⁊ colla draconis
Phaſias auſa fuit tñ Medeiſes herbe
Virgineq; preces poterāt: Hecateſq; liquores
Darius in auſonijs vmbroz vallibus inter
Serpētes impune cubat. libyeq; per agros
Qua ſteriles verſant nigri garamantes barenas
Non metnūt pilli colubros. non ſeua neparum
Spicula nō hydri morſum: nō aſpidis horrent
Hęc fera lerneo rabies maculata veneno
Omnia depaſcit. nullos innoxia uullos
Preterit illeſos: nulli manſueſcit: in omnes
Inuehitur: quod agit nō eſt: ſanabile vulnus
Non Amythaoniꝝ prodeſſe Delampodis vlla
Carmina: theſſalicis nō lectę in montib⁹ herbe
Phillyridę manibus: nō Coi ſancta magiſtri
Pharmaca ſufficiāt: claręq; Machaonis artes.
Non genitor ſtygijs lacerum qui traxit ab vndis
Dippolytū: nō phœb⁹ auus cui prima medēdi eſt
Gloria: letali poterūt ſuccurrere morbo:
Quē iuuat iſtius varias cognoſcere fraudes
Et per aperta latens dephēdere ſigna venenū
Multiplices caſus ⁊ longa pericula cernat

Fatidici iuuenis: qui dum pręsaga parenti
Somnia narraret fratru liuore sub altam
Accus humu pbarias tãdem migravit ad arces.
Hui? vt infectos genitor cognouit amictus
Et pueri tunicas mendaci cęde rubentes.
Heu fera clamauit dulcem scũssima natum
Abstulit z luctu canos confecit amaro.
Aspice contorto Saulis cõicia telo
Inuidiaq; sotos inter cõiuiua planctus
Et dauida inopem comitũ cum paupe turba
Ire p abruptos deserta cacumina montes
Et certam nescire domũ: regemq; sub antro
Deprensũ: potuit seruo mitescere: si non
Intima tabific? uiciaisset pectora liuor.
Quid referã primos discordia semina fratres?
Et scelus? et campos germana cęde madētes?
Prętereo vatem: nigri quem spũs orci
Perculit z tristi clausit babylonia circo.
Ipse diu ieiuna iacens añ ora ferarum
Atq; famescētes aialia sęua leęnas
Intomitu fregit super pietate furorem.
Prętereo pulsum patria reducēq; Camillum
Rapta panõpho referētem signa tonanti
Quis furo ingratos dux pręstãtissime ciues
Scypio: quę fortuna tuã tulit aspera mentem
Uit post euersas tyrię carthaginis arces
Partaq; bellandolibyce cognomina gentis
Cum tua consilijs esset melioribus etas
Utilis z vires ad ciuica munera promptę
Jura fori z ciues et amatam liqueris vixem?

Num monite pietas virides seruat p annos
Publica priuatis p̄ferre negocia rebus?
Causa mali liuor. suffusaq; lingua veneno
Tot clara inuictę molita extinguerē laudis
Facta: tot egregia partos virtute triumphos.
Qui rigidos enses: qui ferrea bella subegit
Exul ob inuidiam patria migrare relicta
Cogitur: et duros inter versatur agricoltes.
Ad cereris cōuersus op⁹ moresq; parētum
Qui pelusiace seruat cognomina lentis
Et quib⁹ illustrem fecere legumina famam:
Triptolemi curauit opes imitat⁹ Osiris
Alcinoiq; senis studium ceu postea magnus
Cęsaris 7 sceptri posito splendore diocles
Hortoz didicit cultus. incidere vites:
Atq; piri secto malos infingere trunco
Quo fit adoptatis lignū bis fertile ramis.
Humectare solum riuis ferroq; bicorni
Psectere luxuriam terrę: redolētia sulcis
Gramina virgineos induta rosaria vultus
Lilia: narcissos: violas: flentes hiacynthos
Purpureisq; crocū folijs: menthāq; thymūq;
Pangere 7 innocuis vitam traducere curis.
Unde viro forti damnū parat inde salutem
Signit: et ipse suo cadit ictus vulnere liuor.
Plurib⁹ excelsa vel opum vel honoris ab arce
Profuit ad modicę sortis eccidisse quietem:
Sicut em̄ qn̄ rutilat noctemq; rubenti
Ore fugat carbo. in cineres atramq; fauillam.
Soluatur extinctis si cesserit ignibus ardor

Secula nulla timet: sic mens humana supbo
Tabascit fastu: rebusq; elata sequūdis
Torpet. at erecto viret euigilatq; tumore.
Inceptum repetās iter: miremur auerni
Militiam. famis ⁊ morbi pugneq; parētem:
Zoilus his actus stimulis hoc par citus oestro
Inachis ⁊ quondā populos cū venit ad hōidem
Diuinū audaci dum carperet ore poetam
Seu Smyrne seu meonij Colophonis alumniū
Regis ad imperium. pino suspēsus ab alta
Tristia niliace fecit spectacula plebi.
Sic pcreat: quicūq; pios auferre labores
Mittitur: et sacro vatū nō parcat honori.
Cetera dicitur sup his crudelis imago
Terruit imanis monstri vententis ad auras
Impete cum magno: fulis p terga colubris.
Circum equitat dñam furic: manibusq; flagella:
Vincula: flāmiuomasq; faces ⁊ sanguine tincta
Tela ferūt. vehitur plaustro stridēte supeller
Martia: loxic; clypei. galeq; micātes:
Conorūq; iuby: strepitusq; auditur equoz;
Et procul binnitu campus sonat oīs acuto;

Monstrū tertium Ira

Ra minax: odiq; parēs: mauortis alumna:
Secum agit indomitum stygia de sede furorem
Stentorea qui voce tonat: qui gutture lato
Fulminat: et rauco resonans clamore fugacem
Pantagiam superat: mugire tonitrua dicas:
Horrificaq; fremens gratas voce cohortes
In rigidis enses alternaq; vulnera mittit.

Sanguinolenta graui vibrās hastilia ferro
Bella ciet: rixasq; mouēs: hostemq; lacessens
Labra man usq; tremit: scintillāt lumina toruis
Fulta supcilijs strepit ⁊ cōuitia lactans
Bacchatur. si forte aliquo neq̄t obijce poenas
Sumere: vindictas in idonea tempora differt:
Fitq; odium. quod longa fouēs incēdia pectus
Urit: et accensis lambit p̄cordia flāmis:
Nil pensi nil mentis habet: cito mobilis: expers
Consilij. volat in pugnam: retinacula rumpit.
Zege modoq; carēs: rabido stimolata calore
Non ignes non arma timet: flāmantia tantos.
Pectora cōcipiūt accensi sanguis estus:
Quo ferat immanis furor et grauis impet⁹ ire
Fabula testi adq; p̄scis monet eruta chartis.
Cum ferus Dentides aprum Calitonia rura
Uastantē premeret proceꝝ socialib⁹ armis
Auxilijsq; canum spumanti concitus ira
Fulmineoq; fremēs et hōla pagmina dente
Irrumpebat aper: nō illum densa viroz
Turma nec hinnitus celez tremefecit equoz.
Strenuus arrectis hirsuto tergoꝝ setis
Flāmiferis oculis hyluas ⁊ retia rumpens
Qua furor v̄gebat rapit⁹ p̄ spicula cursu
Perq; canū rictus venabulaq; ipsa rucbat:
Non secus hęc rabies ardenti percita bile
Luminibus cecis p̄ aperta pericula fertur.
Felsin eos totiens ciues in dira coegit
Excidia: et furijs trepidam inuoluētib⁹ v̄bem
In ferrum ruerē: atq; securib⁹ ardua tecta

Detrahere ⁊ patrios flāmis violare penates
Compulit: antiquosq; patz delere labores.
Seu postq; domitis scelez cernicib⁹ auctor
Occidit: et rutilos Serrę cōcordia dentes
Signa tulit p̄nīs popul⁹ cum patrib⁹ alte
Defixis urbana quicq; radicib⁹ hēsit
Atq; gradu semp mansit respública firmo:
Hęc eadem rabidum cōuulso pectore syllam
Dra cruentatū furibūda animāq; vomētē
Sacrilegam: celeri rapuit sub tartara fato.
Viscera natoꝝ manib⁹ lanianda paternis
Ipsębuit alcides quom lusus imagine falsa
Sanguine foedauit lęta dulciq; fructem
Pace domum. fuit ira viz quę lussit imago
Ira draconigenas acies Cadmiq; nepotes
Fraternalq; man⁹ alterna cęde rubentes
Implicuit longis belloꝝ ambagibus: ira
Diruit excelsas vrbes: atq; indytra quondā
Oppida: regalesq; domos euerit abactis
Cimb⁹. acrias turres detecit: et arcus
Clara triūphales veterz monumētā laboz.
His accensa facis italos pulcherrima regna
Et magni specimen mūdi vexare coacta est
Barbara seuiques ⁊ inhumani fera vulgi
Colluuiēs Roma indicio est. Syllanaq; tuscis
Urbs diuisa vadis: nec nō regina caputq;
Etruscę quondā modo sola Bononia gentis
Et vetus aprico recubās in culmine Dertion
Cur⁹ adhuc extāt vacuis vestigia campis
Semirutę moles lapidum fractęq; columnę.

Vincula: singultus: lachrymas: suspiria: planet?
 Pallorem. vigileq; met?: tormēta: cruceq;
 Verbera pestifero rozantia tela veneno,
 Protulit: atq; feris hoīm crudelibus artus
 Obiectās: varijs implevit cladib? orbem
 Huic multę exilio gentes aliena sequutę
 Regna suis orbę patrijs: sic filia quondam
 Tirefię gemini Danto post dura Cerontis
 Seruicia. in venetis molita paludib? vrbem
 Elixit: et extinctę sua noīa tradidit arci.
CLaumedontiadem teutrū salamina petētem
 Expulit ira patris Quid te Meiphyllas helle
 Quid pfugū memorem phixū s; quicq; athamāta
 Atq; nouercales furias odiūq; minasq;
 Adde miceneū poenas 7 funera regem
 Patri intentātem. moesta s; agamennonis cōdes
 Atq; sophocleo celebratos carmine plāctus.
 Adde phryges geminos antenoza fluctuagūq;
 Aeneam: ignotū decorantes moenib? orbem:
 Hos aliosq; irę patrijs a sinibus actos
 Longa p exilia 7 casus misere sinistros:
CHac rabie succēsa feram priameia cōiunx
 Induit: et duplici creuerūt aggere dentes
 Longaq; sub geminis surgētia narrib? ora
 Succēsi mansere oculi: et truculēta minaci
 Fronte supcilia: et latrās in pectore virus
Quid memore s; q; furias odiūq; parētis
 Quę miseros nati flāmis fatalib? artus
 Ulta necem fratę. 7 matrē se oblita cremauit?
CUlx ea finieram cum formidabilis irę

Castra sequēs aderat Stygijs noua belua signis
In gēti comitata manu. mendacia tectis
Vulcib⁹ ⁊ trepide dubia sub imagine fraudes
Ignotisq; doli sub vestib⁹ agmen agebat:
In medio stipata graui regina tumultu
Tollebat nigra vmbrosam fuligine frontem:

¶ Quartū monstrū Philargyria

a Unī sacra fames hęc est rerūq; cupido
Improba diuitias amo: infinit⁹ habendi
Hęc nūmi sitis ardescēs immēsa vorago
Tartarcis emissa vadis imitata rapaces
Unguib⁹ harpyas armataq; grandib⁹ ora
Dentib⁹ in gyꝝ. quales quātosq; elephanti
Aethiopes Indi ve ferunt: sinuātur in orbes
Et nodus in se rediens coma densa figurat
Tempora nec velat s; agit suspensa tumorem
Vndiq; surgentem nudaq; recedit ab aure.
Nec solum vigilēs obcūit hirsuta rotundo
Tempora circuitu. vix sub vertice cano
In ceruice micāt oculi ceu florea ferta
Effigies veteri vultusq; simillim⁹ argo
S; magis introsum scrobib⁹ subducta cauatis
Lumina discedūt: setosaq; prominet atri
Sylua supcilij: macies squalorq; p omne.
Corp⁹ iners dicas monstrū: et vix ossib⁹ hęcens:
S; geminis quotiēs opus est ita nititur alis
Vli credas ferri boream zephyrū ve p auras
Pręcipitēve Notum: luci si nuncia fama
Surgat: vt accept⁹ nares odor imbuit auri
Elevat ingentes alas ⁊ lumine fixo

Vt si petens quicquid falcatis vnguib⁹ aufert
 Sculta suos nunquam ventur⁹ seruat in vltis:
 Sacra deum. sanctas leges. p̄claraq; gesta:
 Scriptores rex egregios celebresq; poetas:
 Qui proceps laudes chartis et noia mandant
 Et quicquid non auget opes auersa repellit
 Sola iuuat que lucra ferunt. sint cetera quanquam
 Laudibus et p̄cio dignissima. cetera sordent.
T Sicut hyperboreis rutilas in vallibus aurum
 Gryphes amat. auidiq; tenet: vigilansq; tuentur
 Unde nec vtilitas operę preciumve laboris
 Sed metus et clades oritur: sic pectus anxelum
 Per uigilis nostri grauiore cupidinis estu
 Feruet opes cumulans: quas olim prodig⁹ heres
 Dissipet: et pingues ferat in conuiuia mensas
T Palla sinu lato ex humeris decurrit in imos
 Zapta pedes: manicę velant extrema capaces
 Brachia quas ubi vult curuos demittit in vngues
 Utitur his quoties opus est vel fingere mores
 Vel gestu simulare fidem vel fallere quenquam:
 Seu furtum celare. man⁹ leuis apta rapinę.
 Perfida mens nullisq; potens mansuescere dictis.
 Indignas dignasq; preces surda accipit aure.
T Ut proiecta bouis detracto grandia tergo
 Viscera perspicuens oculis vel nare sagaci
 Vultur edax. auido coruus ve famelic⁹ ore
 Conolat ad resoluta graui conuiuia tabe
 Sic ad opes aurumq; cito litis ista volatu
 Fertur: et ad nudum spolians: fragmenta breuesq;
 Reliquias studiosa legit: gremioq; recondit.

Nec cōtenta bonis diuū quę munere tellus
Protulit in partem scelez vocat astra deosq;
Exercetq; pces magicas. 7 cōsulit aras:
Infernoq; vocās manes altaria circum
Nocturna q; adhibet vestes: tetrog; vapore
Orgia perlustrat: ducēsq; in puluere circum
Murmurat. 7 varijs distinguīt signa figuris
Ettaq; tyrieno ritu scrutata requirit
Thesuros quę terra tegit linētia plumbi
Pondera: et argētī globulos vniētis. et cra
Artifici mendax vertit medicamine in aux.
Falsa. ꝑ cum veris iungēs cum tōride bacchū
Cum gēmis fragiles hyalos. cū palladis imbre
Miscet Aristei succos 7 cerea mella:
Mentitusq; nouas fūco errorem faciente
Confectis senio deludit merabus omne
Turpiter emporiū. lucriq; libidine feruet:
Et totos ac arte dies cōsumit 7 annos.
Etq; dies tristi sic nox abit anxia monstroz
Nullaq; par vicio rodentib⁹ incypta curis
Pectora nulla quies: post turpia lucra diurnę
Fraudis 7 exlegem quęstum: si lumina somnus
Occupat 7 duro furatur membra labori:
Pictus imaginib⁹ formisq; fugacib⁹ astat
Dorpxus 7 varijs fingit noua vultib⁹ ora:
Etanaq; sopitos ludunt insomnia sensus:
Nam rex tenues vmbzas simulacraq; seruās
Lubricus assiduis vt fluxib⁹ ambulat humor
Et nūc summa petēs repetat nūc ima relapsus
Antra cauernosi capitīs rigat: itq; reditq;

Nunc iter obliquū sinuans; nūc tramite recto
Fertur. et ipse sibi redit obuius: aut agit arcum
In dextram leuamve cadēs ut pellit et viget
Fumus et ingressi caua spiramēta vapores:
Sic rex species varijs cōkursibus: ut fors
Obtulit aut vsus vel vis incognita coeli
Spirituūve potens industria nocte silenti
Diuerso ostentāt diuersos ordine casus
Ceu varias voces diuersaq; noia rerum
Si nouus inuersis surgat cōpagibus ordo
Difformes eadem faciūt elementa figuras.
Hęc duo Roma notis et amor cōponunt⁹ hisdem.
Tramite cōuerso et retro redeūte meatu.
Quę simulacra magis vigilās exercet in vnū
Noctereuertitur: verisq; simillima formant.
Ostentātur opes cupido quia tpe lucis
Cogit opum species et iter quod luce frequentāt
In tenebris repetūt et noto calle recurrūt.
Cęcaq; p̄teritas imitātur somnia curas.
Quom tacitis ergo redijt nox humida pennis
Atq; soporiferos nūcis argentea bigis
Luna vehit radios: somnus prura per vrbes
Spargit lęthico medicata papauera roze:
Et vigiles abigit secreta incendia curas.
Ipsę abeūt celeres ad tristia limina ditis
Atq; leues hęrent sub opacę frondib⁹ vlni:
Ulmus em̄ diffusa comas et brachia late
Surgit ibi a validis radicibus: illius ergo
Muta sub vmbrosis habitāt quę somnia ramis:
In thalamos hōim et tenebrosa cubilia ducijt:

Dantq; suos illis vultus vocemq; habitumq;

Illa p obscuros capitum delapsa meatus

Ad vigilem luteū aīn: casusq; figuris

Nobilibus formāt: sopit aq; corda iacētum

Sollucitāt: nec vana minus q̄ vera fatigant:

Interea circum vittas ⁊ ancla frequētes

Ora volāt curq; morq; vt sopor euolat intrāt

Mordaciq; secent itez precordia rostro:

Hec est quē ticiū volucris ferit ore cruento

Aeternę natum poenę eternoq; dolori.

Monstrū igitur si quādo quies blādita soporē

Reddidit aut auro insudat: sublata ve furto

Semina frugiferę Cereris: vel inania plangit

Horrea: vel dura decussos grandine fructus:

Effusam ve fractis mercem dephēnave furta:

Atq; itez tractat sub nocte negocia lucis:

Totaq; sub curis ite vicia simillima morti.

Hec aīn turpi maculās et corpora late

Querere coelesti precii pro munere iussit

Vanāq; cōposito mendacia fingere vultu

Quā grauē sacro morbū 'Maaman' in amne

Abluit ⁊ puez spolijs oneravit ⁊ auro.

Hec eadem scelez genitrix fraudūq; magistra

Reginā libycis posuitq; in collib' vitem

Aere, viro, patria spoliās, peregrinaq; circum

Aequora: p rapidas sytes, p barbara pellens

Regna diu profugam terris tactauit ⁊ vnda.

Hec priami natum: cui longa pepcerat ira

Martis et a patria pcul obsidione latentem

Abraicio iuuenem innocuū mucrone peremit

Ab seclus ab dirum facinus multoq; piandū
Sanguine primūq; imberlē sub flore iuuentē
Ignarūq; doli puez nil tale verentem
P̄fidus obruncat. placidū rosei decus oris
Et regale caput simplex sine crimine pectus
Et natas ad scepra man⁹ veniamq; p̄cantes
Vulnerat immitis repetito sc̄pius ictu.
¶ P̄tereo concisa sui qui corpa nati
Dijs epulāda dedit: quiq; auro vendidit urbem:
Quiq; suū superās hostem superat⁹ ab auro
Eranimū pbrygio versatū puluere corpus
Misit ad extremos ignes patriūq; sepulcrū
Nō prece nō lachrymis mot⁹ non voce paterna
Nec misero casu queruli senis: imemor omnis
Iusticię solo placat⁹ munere tandem
Hectora restituit prianto sua pignora patri.
Quiq; p̄ vndosam dulces ne p̄deret equos
Diuitias retro cōuersa naue p̄ vndas
Ad patriam ⁊ sc̄uos redijt nō inscius hostes.
Quiq; deum manib⁹ rapiens pendētia dona
Sacrilegus supez vanos irritat honores
Et qui surripies auri duo millia pondo
Et lateres fuluos fucata subintulit gra
Ulc gen⁹ frenū nasamon qui x̄sus in austros
Incolit istaco cōtermina rura canopo
Manfragijs victū quęrens: gaudere procellis
Turbinibusq; solet. susasq; p̄ equora merces
Colligit ⁊ nautas ad punica littoza pullos
Auxilium simulans violat Sic improb⁹ auri
Raptor in aduersis quenq; si viderit angī

Casibus exultat: fictoq; astutior: ore
Dum pmittit opem spoliat: predâq; reportâs
Edat ⁊ exuias occulto congerit antro:
Hec quoq; venalem (tanti quis crederet orci)
Esse deum fecit: Semen cęlestę piando
Progenitū sceleris diuine mentis alumnū
Virgineoq; alitū gremio. crimenoq; volētem
Soluere ⁊ antiquo cōtractam fomitelatē
Dira fames auri. culpe regina parensq;
Perdidit. indigno signatū verberē corpus
Confixum caput ⁊ duplici manātia rore
Pectora pallentēsq; genas frontēq; cadētem
Ingratę moriens plebi mōstrabat ab alta
Arbore purpureū terra absorbente cruorem
Hęc opa hi fructus hęc gaudia mentis auare
Hic memor antiqui sceleris dum tristitia fletem
Funera virgineę proli: largoq; maderēt
Imbre genę. vidi ex alto telluris hiatu
Deformem pdire choꝝ Sartagine lata
Signifer armat⁹ vestigia lentus agebat
Quem cōfusa cohors cultris armisq; popine
Pressa sequebatur. patinas vinctosq; ⁊ lectes
Visceraq; oblongis verub⁹ confossa gerebat
His comes in bellū turmis veniebat inertī
Turba canū gressū. quoꝝ cutis aspera multam
Fluxerat in scabiem: sanieq; fluentia linguis
Ulcerā lingebāt ⁊ cębro ardentia morsu
Scalpebāt terga ⁊ scabras prurigine dunes:
Quintū monstrū Gastrimargia.
b c quoq; cerebereis monstrū defaucib⁹ exit

Ridiculū. nam pingue caput. frons p̄minet alta
Labia genas oculosq; tumēs sub gutture lato
Surgit ⁊ inflatū tollit curis vuida pectus.
Trita. breuis. maculata mero ⁊ pinguedine vestis
Elit renes clunesq; tegit ventremq; profusum
Raraq; collisus egre vestigia mutat
Poplitib⁹ curuis putruere sub vnguib⁹ esce
Ad lumbos ad utrūq; latus lachrymantia circum
Luceta ⁊ guttis suspensa fluentib⁹ hērent
Sumina. lapsis adeps iter ⁊ vestigia signat.
Menophoro leua armata est. abdomine dextra.
Ante cibos quam pressa graui sub fasce priores.
Concorit natura nouas superingerit offas.
Impatiēs famis. escarū infinita vorago
Mocula prexensa manu sicis implicabilis haurit
Et crebro exbilarat bacchus cōiuiua potu
Garrula: lenta: salax: petulās: improuida: turpis
Immemor: in docilis: leuis: ebria. dedita somno
Semp̄ olet narsq; graui cōtristat odore.
Talis erat multo spumās silenus hiaccho
Quom̄ capitis nutu in collum curuat⁹ aselli
Cruicem sup̄ atq; iugas stillante salina
Risus erat faunis nymphisq; colentib⁹ agros.
Cōcaua nō tantum maris absorbere charybdis
Dicitur: a Calabria qnē diuidit arua pelori
Quantū hęc inglunies vini demergit in aluū
Hirsutam fetis aluū densa q; comantem
Pute: per humētes it grex teterrim⁹ umbras:
Grex olim hylle infestus vatiq; tragēdo
Et pingui sudore cutem depascitur vdan

Blandior ingressu primo semelcia proles
Incalet atq; vias fumos exhalat in omnes
Concluditq; aditus p quos a pectoris antro
Spiritus ascendit curuas in verticis cedes
Nam nebule feruente mero p guttura pingues
Attoniti capitis summā voluētur in arcem
Pugnaq; sit. validis alti mens incola tecti
Defensura suū limen succingitur armis
S; conata diu bacchātem extinguere fumū
Elicta fugit: victor subiens penetratia bacchus
Cui comes it sopor et toro dementia gressu
Per cerebri humetesq; sinus aięq; sacellum
Lethæo spargēs haustos de flumine rores
Inducit somnos hebetes ⁊ morphæa doctum
Fallere imaginib; nocturna; fingere monstra:
Pondere pressa dei cōniuent lumina crebris
Autibus: et placidę nequēt obsistere nocti.
Lingua loquat prius ⁊ nullis obnoxia vincis
Jam delusa labat: s;ba imbecilia presso
Fine cadūt: bleſo sonus cuanescit ab ore:
Labentemq; pluit p mentum barba saliuam.
Qualis in vmbroso Prothæus mutabilis antro
Pressus aristæo iacuit qua Carpathus inter
Miligenas claramq; Rhodon caput extulit vndis:
Qualis in occidua pugnat Antæus arena
Et ferus æmonię victore sub Hercule taurus
Fusus humi cubuit. qualis minois in cede
Semiuit eructās spumātem sanguine prædam
Cecropio: qualisq; cauo sub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit viscera campo:

Talis in immūdo nūosum bellua corpus
Pulcre distendit: tumidā sic explicat aluū:
Egraq; turbato sic deijcit ordine membra
Nūc ventosa tumēt: nunc cōtrahit ilia flatus
Alternisq; sonat vocis via murmure rauco
Pectus z ora lauāt tepido fumantia rore
Sudor: et vndātes currunt p̄ tempora riui:
Somniaq; occurrūt: pingues sunt somnia mensē
Atq; coronati fuso crathres hiaccho:
At celeres nūc labra bibūt nūc humida muscē
Lumina nūc bisito rimātur tpa rostro.
Dum loquor et turpis moroz ad spectacula mōstri
Ecce nouē gentis resonās fragor impulit aures:
Et tellus noua castra vomens ingētia sudit:
Almīna: quē campis immīssa patentib⁹ omnes
Compleuere vias: et culta noualia: nec iam
Rus capit has acies z nō numerabile vulgus
Ulcinas intrare vrbes. incendere templa
Uisa cohors z ferre nouas in moenia flāmas.
Signa sequebātur moerētes ordine turmē
Composito: signa arcus erāt: fax: tela: pharetrę
Et quanq; hęc essent hostilia castra genusq;
Pestiferum: ridere tñ facileq; choreas
Ducere permixtis leta ad cōiuiua turbis
Suadebant fieriq; leues cum carmine ludos.
Dux erat his formosa venus suspensa cupido
Filius hastili longo vexilla ferebat:
In gremio matris molliq; in veste volutus
Insidias iocus z varias excogitat artes:
¶ Sequitur liber Secundus.

Calamitatum Liber Secundus.

Sextum monstrum Luxuria.

Nec fera coccyi de tristibus enatat vndis

h Orenitēs: aīo maculata simillima sorbo

Quod nictōo tristes claudēs in cortice sus

Decipit ignaros: morsuq; venenat amaro.

Illecebris 7 fraude potēs astuq; dolisq;

Dimicat 7 vultu pacem pretēdit amico.

